



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Iohannes Hess. Decimus arguens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLUSIO QUINTA.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Miserandū est ta-
les indoctos sacerdotes (qui met ipsi suā simplicitatē fatentur
& ineptiā) tentare atq; conari, terras hominesq; seducere &
abstrahere a Christiana ordinatiōe, ducereq; in aternā dam-
nationem. Quatuor induxit textus causss nihil deseruiētes.
Nec tam est aptus ut iuxta naturā disputationis illos ordina-
set contra purgatorium. Breuiter quicquid fidei in scripturis
tam excellenter tribuitur, intelligi debet, ut dicit Paulus ad
Galath. v. de fide per charitatem operante. Iamq; notum est
hunc parrachum nescire quid sit fides, quum opera dicit fidei
esse conditiones sicut radij solis, falsum est & seductorium.
Estq; contra Paulum prima ad Corinth. xiiij. cap. Eruos no-
ui Christiani multos seducitis simpliciū, quia fidei tribuitis
quod charitati tribuendum esset, charitas enim ipsa est ope-
rum diues. Paulus dicit, Si fidem habuero ita ut mōtes trans-
feram, si charitatē non habuero, nihil sum. Ultra quum quis
in fide moritur, cum charitate finaliter saluus erit, sed cum
hoc bene stat aliquem in diuina charitate mori, & adhuc pro
aliquibus peccatis non satisfecisse, quod diuina iustitia expo-
scit, hic per ignem saluus erit, inquit Paulus pri. ad Corinth.
iij. Ideoq; uos domicelle adportate meliores scripturas, aut
discedite ab hac picardica hærēsi, teneteq; cū uniuersali Chris-
tiana ecclesia.

IOHANNES HESS.

Decimus arguens.

Gratia & pax per Ihesum Christum nobis omnibus con-
cedant, Amen. Quū Adam primus noster parens, præ-
uaricatus est dei mādatū, ex quo uniuersum genus hoim per
petuā dānationi fuit obnoxiiū, misertus est nobis cœlestis pa-
ter ex mera gratia & misericōdia, moxq; post Adæ casum, semen
promisit quod serpenti caput suum esset contriturū Gen. iij.

Hoc

Hoc semen Christus est, quid me mouit huius articuli ratione credere iamq; duo aut tria dicta allegata sunt. Ultra habemus Esa. xliij. cap. ibi deus per prophetam inquit. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Habemusq; nos in nostra sancta Christiana fide decimum articulum sic sonantem. Carnis resurrectionem & uitam æternam. Rogamusq; in sancto pater noster pro dimissione debitorum, & Matth. vi. ait Christus. Si dimiseritis hominibus peccata sua, dimittet & uobis patet cœlestis peccata uestra. Nunc proximo ostendi, quomodo rogare uolumus, dubitare non debemus, sed in fide petere & fiet nobis quod petimus. Gratosi dilecti dñi eiusmodi lucidis & claris dictis & uerbis dei adhibeo ego simplex fidem, sciens quæ deus promittit, quia illa faciet. Et quomodo in scripturis nullum expressum & clarum dictum inuenio nos post hanc uitam primum poenitere, satis facere pro peccatis nostris &c. mihi licere non uideo (& si alii qua dicta apparentia sint & obscura) cum illis clara uerba & dicta dei obtenebrare. Ideoque & simpliciter maneo apud clarissimum uerbum, in nomine domini, semper petens doceri & dirigi, ineptias enim meas bene cognosco.

D. ECKIVS.

Hæc ostendere deberet quo fundamento nixus tam firmiter uole Christianum usum & ordinationem dereliquisset, & purgatorium negasset, quomodo eum totum scripturis uacuum auditis & indoctum, duo enim dicta adportat Pater noster, & credo de peccatorum remissione. Num & hæc stultitia est & intoleranda temeritas in sacerdote tam indisposito, qualem se met ipse fateat tota ecclesia credit peccatorum remissionem. Nam si peccatorum non esset remissio, neque esset purgatorium. Ideoque & dicta illa pro purgatorio sunt & non contra, si scolas uisitasset diligentius, in peccato duo esse didicisset, unum culpa quam tollit poenitentia, alterum poena quam tollit per sacramentum satisfactionis, satisfationis hic uel in purgatorio. Et hoc ut ita sit, lege ij. Reg.